uicinorum aedificia. locus duorũ
pedũ & semipedis. ad circum eundi
facultatem relictus. & ab ambulan
do dictus. Orbita uestigiũ carri.
ab orbe rotae dicta. Porro actus.
quo pecus agi solet. Cliuosũ inflexu
osum. Uestigia sunt pedũ signa. primis
plantis expressa. uocata quod his
uiae precurrentiũ. inuestigentur
id est agnoscantur.

INCIPIUNT CAP̄ LIB. XVI. DE ST
DE GLE(B)IS EX TERRA UEL AQUIS
DE OMNI GENERE GEMMARŨ
ET LAPIDŨ PRETIOSORŨ ET UILIŨ
DE EBURE QUOQ; INTER MARMOR
NOTAT. DE UITRO. DE METALLIS
OMNIBUS. DE PONDERIBUS
ET MENSURIS :

I de pulueribus & glebis terrae.
II de glebis ex aquis.
III de lapidibus uulgaribus.
IIII de lapidibus insignioribus.
V de marmoribus.
VI de gemmis.
VII de uiridibus gemmis.
VIII de rubris gemmis
VIIII de purpureis
X de candidis.
XI de nigris.
XII de uariis.
XIII de cristallinis.
XIIII de aureis.
XV de uitro.
XVI de metallis.
XVII de auro.
XVIII de argento.
XVIIII de aere.
XX de ferro.
XXI de plumbo.
XXII de stagno.
XXIII de electro.
XXIIII de ponderibus.
XXV de mensuris
XXVI de signis ponderum.

I DE PULUERIBUS ET GLEBIS TERRAE

Puluis dictus. quod ui pul
setur uenti. tollitur enim eius flatu
nec resistit. nec stare nouit. sicut
ait propheta. tamquã puluis quem
proicit uentus a facie terrae.
Limus uocatus. quod lenis sit, cenũ est
uolutabrum. Cinis ex incendio dicitur.
ab eo enim fit. Fauilla quod ab igne effec
ta sit. Nam foris ignis est. Gleba quod sit
globus. Pulueris enĩ collectione con
pingitur & in uno glomere coadunatur.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_281/0477